
BIBLIOTHECÆ UFFENBACHIANÆ CONSPECTUS ALTER
ad vivum del. & Sculps. Fratri frater. I.F. ab U.

BIBLIOTHECA UFFENBACHIANA UNIVERSALIS

SIVE

CATALOGUS LIBRORUM TAM TYPIS QUAM MANU EXARATORUM,

QUOS SUMMO STUDIO HACTENUS COLLEGIT

ZACH. CONRADUS ab UFFENBACH,

NUNC VERO

OB RATIONES IN PROLOQUIO DEDUCTAS,

VENALES PROSTANT.

TOMUS I.

FRANCOFURTI ad MOENUM

Apud JO. BENJ. ANDREÆ & HENR. HORT.

M D CC XXIX.

AD BIBLIOPHILOS APPARATUS HUIUS LIBRARII COLLECTOR.

HOminum Sapientissimus ac Regum maximus Salomo sapienter planè, dum omnium rerum vanitates ac vicissitudines contemplatur, *tempus colligendi & tempus spargendi, tempus acquirendi & tempus perdendi, tempus custodiendi & tempus abjiciendi esse*, animadvertit. Hanc enim omnium rerum sortem esse, ac inter vanita-

tum vanitates, quibus omnia in hoc mundo obnoxia ſunt, referri debere; nemo mortalium inficias ire poterit. Eadem quoque fata atque easdem viciſſitudines Bibliothecas in dies experiri, tot exemplis comprobatum eſt, ut in Republica atque Hiſtoriâ Literariâ planè hoſpes ſit, qui hoc ignorat. Integra proſtant Doctorum Virorum volumina quibus ſingularia Bibliothecarum fata recenſentur ac horum cauſæ, quæ variæ ac plurimæ eſſe ſolent, exponuntur. Non deeſſent quæ de egregio atque jucundo hoc argumento afferri poſſent ſpicilegia, ſi anguſti prologi hujus limites id permitterent. Sufficiet hoc loco mihi eas, quantâ fieri poterit brevitate, declaraſſe rationes, quæ me nolentem volentem induxerunt, ut librariæ hujus meæ ſupellectilis tam charæ atque caræ, cu-

jus

jus nunc prima pars per hunc indicem exponitur, jacturam faciam. Mirabuntur ſanè multi, quod adparatum hunc, quem tanto labore, tanto ſtudio ac tantis denique ſumtibus intra XXV. annos comparavi, ante obitum patiar diſpergi. Ægerrimo, fateor, animo hoc conſilii cœpi, aſt tot tamque graves fuerunt rationes, quæ me impulerunt, ut cedere tandem fuerim coactus. Proferam nonniſi potiores, quas ſi æquo animo ponderabis, graviſſimas atque juſtiſſimas mecum reputabis. Animadverti nimirum ab aliquot jam annis, inprimis à tempore primi & ſecundi hujus, quo etiamnum ornor dicam an oneror? Conſulatus mei negotia ita augeri ac in præſenti Reipublicæ noſtræ ſtatu ſatis triſti, per novas Conſtitutiones Cæſareas tam gravia reddi, ut deliciis meis litera-

riis, quibus tanta cum voluptate olim gavisus fui, neque uti frui amplius liceat, neque gravem atque molestam ipsius Bibliothecæ curam gerere porro valeam. Quanta enim hæc sit, illi optime norunt, qui vel sibimet ipsis adparatum librarium acquirere student, vel publicis Bibliothecis præfecti sunt ac officio suo, uti par est, defungi satagunt. Totum sane hominem requirit, si quis Bibliothecam cum delectu atque judicio comparare, augere atque ornare, ac quod præcipuum est, cum Bibliothecæ non tam visui quam usui esse debeant, non modo sibimet ipsi sed & aliis hoc adparatu suo prodesse cupit. Quantâ curâ, quanto studio atque fervore hoc quamdiu mihi licuit, egerim, alii judicent, qui mea qualicunque libraria supellectili, uti ac quod non raro etiam factum fuit,

abuti

abuti voluerunt. Ne mireris, ingratorum horum haud exiguum numerum fuiſſe, ſcias. Graves ſane de iis querelas ciere poſſem, ſed moleſtus neque Tibi B. L. neque mihi iisdem eſſe volo. Optimo tamen jure inter alias hanc quoque cauſam referre potero, quod Suavibus Muſis meis quaſi vale dicam, ne ſcilicet quod amplius neque lubet neque vacat, aliorum inprimis ingratorum talium hominum Bibliothecarium agere cogar. Sed graviores adhuc ſuperſunt conſilii rationes, inter quas potiſſima eſt debilis corporis ac Sanitatis meæ parum firmæ conſtitutio. Facit hæc ut vitam longævam, quam nec optavi unquam, polliceri mihi haud liceat. Prudentiæ igitur duxi in tempore Familiæ meæ proſpicere, ne inopinato obitu meo, nimium in divendendo pretioſo adparatu li-

brario

brario damnum capiat. Cum etiam herede maſculo deſtituar, poſtquam DEUS T. O. M. unicô, quem dederat filiô, ad breve ſaltim tempus proh dolor! gaudere ſivit, binis filiabus meis, Gratiâ Divinâ ſuperſtitibus librarius hicce theſaurus parum prodeſſe poterit. Dolet equidem, ingenuè fateor, quod hunc adparatum tantâ curâ atque diligentiâ conlectum diſpergi videam, cum vero nimis copioſus ac pretioſus ſit, nec ulla ſpes affulgeat, eum in alienas manus locumque tutum ubi conſervetur, transferendi, niſi ingentem jacturam enormemque læſionem ſubire velim, neque commode etiam ſub haſta, ob jam dictas rationes, divendi potuerit, hoc quod cœpi conſilium ineundum fuit. Mitigat dolorem illum meum animumque addit illuſtris Viri Stephani Baluzii exem-

exemplum, qui in teſtamenti tabulis non ſine ratione, imo prudentiſſime, vetuiſſe videtur, ne libri à ſe collecti in Regiam vel Publicam aliam Bibliothecam inferrentur. Probe enim animadvertit Vir Prudentiſſimus, publicas illas Bibliothecas Theſauris defoſſis plerumque ſimiles eſſe, majoremque utilitatem afferre ac publicum Rei literariæ commodum magis promovere, ſi libri ipſius in Eruditorum manus diſpergantur, qui iisdem ſumma cum voluptate non modo in proprios, ſed publicos etiam uſus, gaudere ſciant, cum è publicis Bibliothecis & quidem plurimis, quas ad longum deducere hujus loci non eſt, de cauſis, vel ob ſolam Bibliothecariorum invidiam, cui jungenda pigritia, utpote quæ vitia plerisque propria eſſe ſolent, vix aliquis Codex vel liber obtineri queat.

Plurima ſanè ad confirmandam atque illuſtrandam Viri Optimi ſententiam & ad excuſandam ſimul librorum meorum venundationem, adduci poſſent, niſi brevitati ſtudendum eſſet, nec alia adhuc monenda forent. Satis prægnantes ac graves ſunt exiſtimo, quas jam propoſui rationes, ut aliis quæ ſupereſſent, in medium producendis ſuperſedere queam. Nemo etiam, confido, vitio vertet vel probro ducet, quod inter vivos etiamnum ſuperſtes, hac qualicunque ſupellectili libraria me privare non erubeſcam. Illuſtris Bignonii, van der Marckii, Conſulis Hagienſis van Hulſt, ac plurimorum aliorum exemplo me tueri poſſem, ſi quidem ineptam malevolorum talium hominum cenſuram metuendam vel aliquâ animadverſione dignam crederem, nec nobili potius con-

temtu vindicandam ducerem. Qui æquiori animo ſunt, omnino probabunt, quod Bibliothecæ meæ detrimentum in ſuarum incrementum cedere patiar, ac cum mihimet ipſi libris meis uti frui amplius non liceat, eosdem aliis concedam. Alia eaque magis neceſſaria de hoc apparatu librario atque Catalogo ipſo monenda reſtant. Non exſpectabis à me, ut illum deprædicare, hunc vero approbare Tibi ſtudeam, utrumque enim & vanam oſtentationem, & vilem lucri cupiditatem, quæ vitia angve pejus ſemper odi, ſaperet. Tuum erit de utroque pro Tuo candore judicare. In gratiam vero naſutulorum nonnullorum neceſſe eſt, ut quædam commonefaciam. Erunt nimirum qui majorem ſelectum, quem ubivis, etſi quid ſibi velint, neſciant ipſi, crepant, deſiderabunt.

Hos

Hos equidem ad ea , quæ in Præfatione Bibliothecæ MStæ sive Catalogo MSStorum meorum præfixo, jam dicta sunt, ablego. Ut vero ingenue agam, haud diffiteor, non paucos occurrere libros, quibus facile, imo lubens caruissem, si modo fieri commode potuisset. Qui enim Bibliothecam sibi compararunt, vel etiamnum instruunt, optime norunt, evitari hoc minime posse, nisi quis fastidiosus nimis esse, ac libros veteres in unum volumen compactos discerpere ac denuo, quod insanos sumtus requirit, compingi curare velit. Sufficit si reliqui, qui separatim haberi possunt, non sine judicio atque delectu comparentur, ac horum numerus cæteros, qui invito quasi emtori accedunt, superent, ne scilicet:

Infelix lolium sterilesque dominentur avenæ.

Quem-

Quemadmodum enim Hortulanus impigerrimus omni industria sua prohibere nequit, ne zizania inutilesque herbæ hinc inde succrescant, ita Bibliophili cavendo prohibere vix possunt, ne unus alterve liber minus utilis areolis seu loculis suis, cum utilioribus aliis, irrepat. Erunt porro quibus plurima unius libri exempla, quæ passim animadvertent, delicatum nimis stomachum movebunt. Ast hæc eadem ratione, de qua modo dictum, devitari nequeunt, diversas vero unius libri editiones studio etiam conlegendas esse, nemo cui sanum est sinciput & qui haud ignorat, *quid distênt æra lupinis*, ac quam necessaria atque utilis sit variarum editionum collatio, negabit, vel etiam improbabit. Erunt denique qui de defectu in non nullo disciplinarum ac studiorum ge-

nere, quod præ aliis amant, conquerentur.

Non injuſtas horum querelas eſſe ipſemet ingenuè agnoſco. Conſilium equidem erat initio collectionis meæ, ex univerſis ſcientiis libros comparare, experientia autem didici, imprudens ac impoſſibile plane illud ipſum eſſe, niſi ex omnibus, ut in proverbio eſt, aliquid, in toto nihil comparare pulchrum alicui videatur. Animadverti enim quanto labore, ac quantis ſumtibus opus ſit, ſi vel in uno atque altero diſciplinarum ac ſtudiorum genere, inſignem aliquam librorum copiam acquirere velimus. Cumque octo jam conclavia, quorum quatuor ſatis ſpatioſa, repleviſſem, ac locus me deficeret, nonmodo Phyſica & Mathematica Fratri Germano, horum præ aliis ſtudioſo, lubens ceſſi, ſed maximam etiam Hiſtoriæ Nat. Scri-

ptorum, Theologicorum, Criticorum ac miſcellaneorum partem permutationis Jure ante aliquot jam annos aliis conceſſi, mecumque conſtitui, nonniſi Hiſtorica & quæ ad Jus Publicum ſpectant, impoſterum adaugere, ac MSStorum adparatum locupletare. Hujus conſilii cauſæ alibi, videlicet in Commentariis de vitâ propriâ, ſi Deus voluerit, exponentur. Sufficit hoc loco indicaſſe, cur tam curta nonnullorum librorum ſit ſupellex, quam cæterorum copia, quod ſine jactantia tamen dictum ſit, ſatis conſpicua, compenſabit. Nunc de ipſo Catalogo ejusque diſpoſitione atque ordine nonnulla reſtant monenda. Erunt, qui carpent, quod libri in plures Claſſes non ſint redacti, plurimi etiam in locis minus congruis occurrant. Utrumque ſane fieri ac melius obſervari

& potuiſſet & debuiſſet, ſi modo per præſentis inſtituti rationem id licuiſſet. Quod autem primum attinet, in eâ ſemper opinione fui, ad ridiculam ſaltim oſtentationem â multis hactenus, qui Catalogos ſuos ediderunt, factum eſſe, quod in infinitas ſectiones & ſubdiviſiones eos diſcerpſerint, cum plurimæ earum vix unum aut alterum librum exhibeant. Quamvis enim accurata in proprias ac bene ſeparatas Claſſes librorum diſpoſitio laudanda omnino ſit, attamen in inſtructiſſimis tantum ac copioſiſſimis Bibliothecis conſignandis, tot conſtituendæ ſunt Claſſes atq; ſubdiviſiones; *ne raros nantes in gurgite vaſto* rideamus, ac titulorum multitudo librorum vel voluminum ipſorum numerum æquare videatur. Alterum quod concernit, illa ipſa librorum confuſio memetipſum,

haud parum, fateor, offendit. Evitari tamen hæc non potuit, quod omnes, qui in unoquoq; volumine habentur libri, simul recensendi fuerint, licet priorum possessorum vel parsimomiâ vel Bibliopegorum interdum oscitantiâ factum sit, ut libri parum convenientes, vel argumenti minus congrui, uno eodemque volumine exhibeantur. Optassem etiam, ut omnia unius Authoris scripta melius conjungi potuerint, quod tamen ex dictis quoque rationibus fieri commode non potuit. Interim hisce omnibus non obstantibus, præsens Catalogus sua, ut confido, utilitate non carebit, quod subjectus Authorum Index, Amici cujusdam optimi curâ singulari confectus, aliquo modo hos defectus sit supplecturus. Cæterum id sedulo curavi, ut tituli justi nec nimis jeju-

ni ac ſteriles exhibeantur, nullus liber omittatur, nullus autem fingatur. Graves enim querelæ ſunt, quas P. R. Simonius in literis ſelectis, Gallica Lingua editis & alii proferunt, multos ſcilicet in præſtantiſſimarum Bibliothecarum Catalogis non modo, ſed in eorum etiam, qui librorum notitiam dare voluerunt, ſcriptis, occurrere libros, qui in rerum, ut ajunt, natura, nunquam extiterunt. Evenit hoc tum ex errore & ſuperficiaria ipſorum librorum inſpectione, tum etiam ex nimia titulorum abbreviatione, ac denique ridicula nonnunquam jactantia atque oſtentatione. Pluribus hoc evinci poſſet exemplis, ſi hujus loci eſſet. Ut aliqua ſaltem adducam: quam ineptè à nonnullis MALBRANCQUII de Morinis liber inter Biographos, GUICHENONII vero Bibliotheca SEBUSIA-

NA

NA & LABBEI Bibliotheca MSS. inter Catalogorum Scriptores vel Bibliothecarios referantur, illi agnoſcunt, qui egregios hoſce libros vel obiter perluſtrarunt, hoc tamen à nonnullis factum, ac infinitos errores ſimiles commiſſos fuiſſe, demonſtrari poſſet. Nec deficiunt exempla eorum etiam, qui ad oſtentationem, vel ut mitius dicam, in ſpem futuræ acquiſitionis, vel etiam ut eo plures emtores alliciant, Catalogos ſuos rariſſimorum ac fictorum etiam librorum titulis ornarunt. Quis ignorat hoc à von der MARCKIO in Belgio ante aliquot annos, Bibliothecam ſuam ſatis alias locupletem atque eximiam vendente, imo à multis aliis quoque factum fuiſſe. Illud vero in egregio Bibliothecæ Cardinalis cujusdam inſtructiſſimæ Catalogo à nonnullis obſerva-

 tum

tum atque reprehensum fuit. Turpe certe ac ignominiosum credidissem talia committere. Ejusmodi sane fraudes me abhorrere omnes, qui me candoremque meum noverunt, facile agnoscent. Sancte etiam affirmare possum, nullum plane librum sive typis sive manu exaratum, si hos de quibus mox dicam, excipias, omissum fuisse. Etsi enim haud pauci fuissent, quos lubens retinuissem, ac quibus carere etiam vix potero, bona tamen fide agere, ac omnes plane ac singulos, quos apparatus habet libros indicare, ac Bibliophilis offerre non modo volui, sed lubens etiam omnes cedam. Ea vero scripta quibus carere nequeo, nisi (nemine scilicet desiderante:) forsan remaneant, aliunde recuperare ac novam, sed compendiariam saltim & ad usus necessariam Bibliothecam denuo

com-

comparare ſtudebo. Latere autem Te B. L. minime volo me ea Scripta, quæ ad res noſtras Francofurtenſes ſpectant, tum etiam integram, quæ ad Hiſtoriam Literariam & Rem Librariam facit ſupellectilem, reſervaſſe, nec ideo Catalogo inſeruiſſe. Illis enim me privare minime potuiſſe, ipſemet agnoſcis, nec quod conſervem ullo modo, ſi æquus es, improbabis; hanc vero collectionem cum in deliciis mihi præ aliis ſemper fuerit, ad leniendum ex reliquorum jacturâ dolorem omnino retinendam duxi. Hanc ipſam etiam, licet, præfiſcine dico, jam ſatis inſtructam atque locupletem, omni ſtudio, nonmodo augebo atque ornabo, ſed in aliqualem flagrantis mei in rem literariam ac librariam ſtudii ac propenſionis memoriam conſervabo & Bibliothecæ cuidam Publicæ, ſuo

tempore legabo. Supereſſet, ut d
conditionibus, quibus libri diven
dentur, nonnulla ſubjungerem; d
his autem Bibliopolarum, quibu
hoc negotii commiſi, præfamen
Te edocebit. Vale igitur ac deli
ciis olim meis, ſi lubet, fruere feli
citer! Vos autem ô Muſæ mea
tantopere dilectæ etiam valete, a
ſummam, quam mihi attuliſtis uti-
litatem atque voluptatem maxi-
mam, futuris veſtris Poſſeſſoribu
atque Patronis, pace meâ, præ-
ſtate! Iterum atque iterum valete.
Scribebam vix ſine lacrumis Traje-
cti ad Mœnum die XII. Menſ.
Septembr. An. MDCCXXIX.

AD

AD BIBLIOPHILOS EOSDEM BIBLIOPOLÆ.

POstquam præclaræ Bibliothecæ hujus Poſſeſſor ſibi propoſuit eâdem ſemet abdicare, nobis non modo Catalogum, cujus nunc prima pars prodit, typis exſcribendum atque edendum commiſit, ſed ipſius quoque librorum venundationis curam, quam ut in ſemetipſum reciperet neque vacare neque etiam convenire ſibi videbat, demandavit. Omnes igitur qui ex inſigni hoc adparatu ſuppellectilem ſuam librariam augere atque ornare cupiunt, deſideria ſua nobis haud gravatim exponent, quibus lubentes ſatisfaciemus, ac opera, quæ expetent, ſi ſumtus transmiſſionis unâ cum pretio ipſo ſolvantur, transmittemus. Monendi autem ſunt Bibliophili de ſequentibus : ſcilicet nonniſi paratâ pecuniâ libros extradendos eſſe; quare de hâc ad nos curandâ ſtatim erunt ſolliciti. De

preti

pretio satis æquo, cuilibet adjecto volumini (: ubi priores numeri Imperialem, posteriores crucigeros denotant :) nil remittetur, nisi simul pro 50. vel 100. Imperialibus desiderentur libri, ita tamen, ut non nisi numeris hisce rotundis 50. & 100. completis, ulla fieri possit detractio; in minoribus enim nulla plane concedetur.

Quod si vero integra sectio e. g. Bibliorum, vel alia collectio expetatur, majorem remissionem eo lubentius concedet Dn. Possessor, quo majori gaudio ipsum afficiet, si aliqua librorum, quos tanto studio comparavit, conl ctio conservari integra queat. Permutationi quoque locus erit, si quis rariora nonnulla Opera, ad Historiam Literariam & Rem Librariam facientia, inprimis Epistolas Doctorum Virorum offerre queat, utpote quas Dn. Possessor omni diligentia colligere perget, ubi tamen monendum, has anecdotas vel saltim autographas esse debere. Defectus in libris nonnullis, quod evitare eosdem impossibile sit, occurrentes quod attinet, cum illi omni diligentia notati fuerint, nulla de iis amplius reddetur ratio. De externa librorum conditione hæc præmonenda: pleraque, præstantiora inprimis opera, splendidissime ac nitidissime, more scilicet Belgico (quem Hoornband vocant) Gallico item ac Anglico esse compacta.

Reti

Reticeri autem nôn debet, mediocria ac vetera, nonnulla etiam leviter consuta ac chartis crassioribus seu conglutinatis (vulgo *Pappdeckel*) obducta volumina occurrere. Etsi enim Dn. Possessor ornatum externum atque nitorem, ut jam innuimus, minime neglexerit, illorum tamen consilium nunquam probavit, qui nimiam ac potissimam ejus in instruendâ Bibliothecâ curam gerunt. Stultum enim putavit, majorem corticis quam nuclei rationem habere. Quos igitur alii ad refingenda, præter necessitatem, volumina sua, ineptè satis profundere solent sumtus, aliis bonis novisque libris comparandis impendere maluit. Hæc sunt de quibus commonendus eras. Ne vero cuiquam locus conquerendi detur, meliora ac præstantiora Opera sibi prærepta esse, id saltim addimus, ante medium sequentis Mensis Octobris venundationis initium fieri non debere. Ita vale ac reliquos hujus Catalogi Tomos brevi à nobis exspecta, quorum alter Libros Historicos, tertius vero MSSta exhibebit. Quartus qui adparatum Scriptorum ad Historiam ac Rem Literariam atque Librariam faciunt, quem una cum Lexicis, ut vocant, realibus sibimet conservare, ac omni studio ornare Dn. Possessor sataget, suo tempore accedet.

Nach-

Nachricht, welche vor einiger Zeit in die Leipziger neue Zeitungen von gelehrten Sachen dieses Jahres *N. LX. p. 549. seq.* gesetzet, wegen derer Herren Buchhændler aber allhier zu wiederhohlen vor nœthig erachtet worden.

Franckfurt am Mayn,

B*Ey* ANDRAE *und* HORT *vvird der erste Theil des* Catalogi universalis Bibliothecæ UFFENBACHIANAE *mit Preissen gedruckt, auch gegen instehende Messe fertig und zu haben seyu, vvelchem die beyden andern bald folgen vverden. Denn nachdem der Herr Bürgermeister von* UFFENBACH *seit etlichen Iahren befunden, dass er vvegen tæglich sich hæuffenden und allem Vermuthen nach noch ferner anvvachsenden Geschæfften, sonderlich bey dem in kurzem zvveymal aufgetragenen vvichtigen, anbey hæchst beschvverlichen Bûrgermeister Consistorial- und andern Aemtern, sich des mit grosser Mühe und Kosten gesammleten bekannten Bücher-Vorraths vveder selbst mehr, vvie er sonsten mit hæchstem Vergnügen gethan, zu bedienen, noch auch gelehrten Leuten und dem* Publico, *vvie bissanhero geschehen, damit ferner an Handen zu gehen vermag: als hat derselbe sovvohl aus dieser, als andern in der dem Catalogo fürgesezten Vorrede angeführten trifftigen*

Ursa-

Ursachen sich, wiewohl sehr ungern, entschlossen, dieses seines so werth gehaltenen Vorraths zu begeben und davon nichts zu behalten, als was zur gelehrten Historie und Bücher Kenntniss gehœret, indem dieses seine liebste Collection *und in ihrer Art die aller betrœchtlichste, wie der Catalogus zu seiner Zeit zeigen wird, jederzeit gewesen, er auch dieselbe ferner auf alle Weise zu vermehren und vollkommen zu machen, und damit ein Gedæchtniss seiner Bücher-Liebhaberey dereinsten zu stifften, sonsten aber eine gute jedoch kleine* Hand-*Bibliothek zu nœthigem Gebrauch von neuen sich anzuschaffen gesonnen. In diesem ersten Theil des* Catalogi *sind enthalten :* I. *Eine ansehnliche Sammlung von allerhand Uebersezungen und Auflagen der Bibel, unter welchen die aller æltesten Drucke von Teutschen und andern Bibeln sehr merckwürdig.* II. Libri Theologici, *darunter eine grosse Anzahl von denen ersten Auflagen der Schrifften Lutheri , so man* autographa *zu nennen, und aus denen vom Herrn von der* Hardt *und andern gelehrten Mænnern bemerckten Ursachen hoch zu achten pfleget.* III. Editiones variæ Juris Civilis & Canonici. IV. Jura Statutaria *in besonders grosser Anzahl.* V. Libri Juridici VI. Libri Medici. VII. Physici & Historiæ Nat. &c. Scriptores. VIII. Libri Philosophici. IX. Juris Publici Scriptores. X. Juris Feudalis Scriptores. XI. Acta Publica varia. Leges publicæ

seu,

ſeu, ut vulgo vocantur, fundmentales & Hiſtorico-Politicæ collectiones ad Jus Publicum facientes. *dieſe und folgende* Section *iſt gar betræchtlich.* XII. Deductiones in cauſis illuſtribus. XIII. Libri Politici. XIV. Libri Critici. XV. Hiſtorici vet. Græci & Latini. XVI. Philoſophi vet. Græci & Lat. XVII. Rhetores, Oratores & Grammatici vet. Gr. & Lat. XVIII. Poetæ Vet. Gr. & Lat. XIX. Lexica variarum linguarum. XX. Libri miſcellanei ſeu varii argumenti. *Endlich* XXI. *Ein* Appendix *von einer ganz ſonderbaren ungemeinen ſtarcken* Collectione librorum vulgò prohibitorum seu ſuſpectæ fidei, *in vvelcher gar viele derer rareſten hieher gekœrigen* Scriptorum *zu finden. Der zvveyte Theil des* Catalogi *vvird die* hiſtorica *und vvas darzu gehœret, begreiffen, nebſt einem doppelten* Appendice *von* primis Autorum Vet. & aliorum librorum editionibus, *vvie auch von* libris incompactis. *Der dritte Theil aber vvird nicht nur die ſæmtlichen* MSS. *darſtellen, ſondern auch* libros collatos ac manu doctorum Virorum notatos atque illuſtratos. *Weil es vveder Zeit noch Gelegenheit leidet, daß der Herr Bürgermeiſter von* Uffenbach *dem Brief-Wechſel und Verſchickung derer Bücher abvvarten ſolte, auch ohnedem ſeines Thuns nicht iſt, ſich damit zu behelligen: als kœnnen die Liebhaber guter, rarer und koſtbarer Bücher ſich*

bey

bey Anfangs ermeldeten Verlegern dieses Catalogi, *als vvelchen die Commission übertragen vvorden, melden. Damit sich aber niemond beschvvehren dærffe, als ob ihm die besten Wercke vveggenommen vvorden, so soll vor der Mitte des Monats Novembris kein Buch ohne baare Erlegung des angesezten Preisses (vvelcher in Thaler und Kreuzer gesezet) verabfolget vverden, auch gleichvvie dieser gar billig angesezet, so ist davon nichts abzubrechen, es sey dann, dass vor* 50. *oder hundert Reichsthaler zusammen verlanget vverden, da denn jedoch nicht anders, als vvenn diese Summe ganz voll, im ersten Fall fünff und in dem andern zehen von hundert nachgelassen vverden sollen, da hergegen von dem vvas unter funffzig und hundert ist, kein Abzug statt haben soll. Iedoch im Fall, dass eine ganze* Section, *z. Ex. der ganze Vorrath von Bibeln, oder eine andere* Collection *zusammen verlanget vvürde, so soll in Ansehung, dass der Herr* Collector *sich eine besondere Freude machen vvürde, ein oder andere* Collection *beysammen zu erhalten, ein ansehnlicher Nachlass geschehen. Weil auch, vvie ob gemeldet, der Herr Bürgermeister von* Uffenbach *seine* Collection ad historiam literariam *zu vermehren vvillens und hieher vornemlich die* Epistolæ MSStæ doct. Viro-

)()()(rum

rum *gehærig: als vvird ihme gar angenehm seyn, vvann jemand, so dergleichen hætte, darauf tauschen vvolte, dabey jedoch zu erinnern, dass die* Epistolæ, *vvo nicht* ineditæ, *doch vvenigstens* autographæ *seyn müssen. Endlich gleichvvie die sich ereignende Defecte treulich und, soviel nur mæglich gevvesen, angezeiget vvorden, als vvird man vveiters davor nicht stehen. Soviel auch die æusserliche Condition und Bænde der Bücher anlanget, so kan man zvvar versichern, dass der mehrere und beste Theil sovvohl in saubern und kostbaren Hollændischen sogenannten Horn-Bænden, als auch in Franzæsischen und Englischen Banden neu und auf das beste gebunden, jedoch vvill man nicht bergen, dass theils mittelmæssige oder auch alte Bænde, so vvie sie erkaufft vvorden, auch verschiedenes nur in Pappendeckel geheft, sich darunter befinde, angesehen der Herr* Collector *es vor ganz thærichte Ausgaben jederzeit gehalten, alle und jede Bücher umbinden, oder jedes Tractætgen, zumalen vvenn das Kleid mehr als der Mann vverth, gekostet haben vvürde, besonders binden zu lassen, hingegen vor solches unnæthige Geld lieber andere gute Bücher angeschaffet; ob er gleich sonsten vvillens gevvesen, mit der Zeit sich zusammen schickende Materien*

aufs

aufs neue in einen guten Band zuſammen zu bringen. Der Catalogus vvird um billigen Preiſs aller Orten, ſonderlich in Teutſchland und Holland, in denen vornehmſten Buch-laden in und nach bevorſtehender Herbſt-Meſſe zu haben ſeyn.

CON-

CONSPECTUS CLASSIUM

SIVE

SECTIONUM LIBRORUM HUJUS PARTIS PRIMÆ.

VI.

XXVII.

XXXVI.

BIBLIO-



BIBLIORUM SACR. VARIÆ VERSIONES AC EDITIONES VET. ET RECENT.

Fol.

PR. & 2. Latina BIBLIORUM editio vetuſtiſſima duobus conſtans voluminibus. Videtur omnium prima & Moguntiæ ab ipſis Artis Typographicæ inventoribus GUTTEMBERGIO ſcilicet ac FAUSTO typis exſcripta. Quam-

vis enim nulla temporis, loci atque Typographorum mentio fiat, evincit tamen id typorum insignis, non omni tamen elegantiâ carens ruditas & ex ipsa hac ruditate sua clarissimè elucens veneranda Antiquitas, linearum ac ipsarum litterarum seu typorum inæqualitas, majuscularum ac initialium litterarum manu & quidem coloribus facta adpictio; miniô etiam ubivis additæ interpunctiones, insignis denique chartæ crassities albedo ac nitor, quibus vetustissimi libri omniumque primæ editiones recentiores nostras omnino antecellunt. 200: .

2. Germanica BIBLIORUM versio atque editio omnium antiquissima sine loci ac temporis mentione typis exscripta. 100: .

3. Alia editio germanica vetustissima quoque ac sine nota evulgata. 80: .

4. BIBLIA latina in regia civitate Nurmbergen. per *Anthonium* COBERGER incolam Civitatis ejusdem Anno Incarn. Dominice MCCCCLXXV. ipso die sancti Otmari Confessoris XVI. Novembris. 60: .

5. Germanica BIBLIORUM versio vet. *Augustæ Vindelicorum* 1477. 60: .

6, 7. Versio alia GERMANICA cum fig. ligno insculpt. *Gedruckt durch Anthonium* KOBURGER *in der loeblichen Keyserlichen Reychstadt Nurenberg. Nach der Geburt Christi des Gesetzes der Genaden vierzehenhundert und in dem drey und achzigsten Jar am Montag nach Invocavit.* 50: .

8. Ejus-

8. Ejusdem Editionis pars prior à Genesi usque ad Psalmos. 12 : .
9. BIBLIA lat, impressa *Venetiis* per *Leonardum Wild* de Ratisbona MCCCCLXXXI. 20 : .
10. BIBLIA lat. nitidissimè impressa anno à nativitate Dom. millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, Kalendas Februarii &c. per *Jo.* Zainer Ulmensis oppidi incolam. 20 : .
11. Germanica BIBLIORUM versio vet. *Gedruckt in der loeblichen Keyserlichen Frey-Stadt Strasburg nach der Geburt Christi des Gesetzes der Genaden vierzehenhundert und im fünf und achtzigsten Jar uff Montag der zweyt des Mondes May.* Pars posterior complectens proverbia Salomonis Prophetas & Novum Testamentum. 12 : .
12. Versio BIBLIORUM lingua vet. Germanica in Sax. infer. usitata vulgo *Plattdeutsch* : de Biblie *mit vlitigher Achtinghe : recht na dem Latine in Dudesch averghesettet mit Vorluchtinge und Glosse des Hochghelerden Postillatoers Nicolai de* LYRA *unde anderer velen hillighen Doctoren. Gedruckt Lubick* 1494. Ob ridiculam quæ ad Cap. III Genes. vers. 16. habetur Glossam satis nota versio cum fig. ligno insculptis. 50 : .
13. EJUSD. Versionis & editionis pars prior à libro Geneseos usque ad Psalmos. 15 : .
14. EWANGELIA *mit Usslegung der Gloss und Epistel teutsch uber das gantz Jar allenthalben darbey der Anfang der Psalm und die Collect eyner yglichen Mess : nach Ordnung der Christen-*

stenlichen Kyrchen. Gedruckt und vollendt zu Mentz *durch* Johann SCHOEFFER *zu Mitfast nach Christi unsers HErrn Geburt tausent funfhundert und zehen Jar.* 3 : .

15. BIBLIA diligentissimè emendata cum concordantiis &c. *Basileæ* per Johann Froben de Hammelburg 1514. adjectæ sunt in margine *annotationes* manu adscriptæ uberrimæ nec contemnendæ. 10 : .

16. PSALTERIUM Hebræum, Græcum, Arabicum & Chaldæum cum tribus latinis interpretationibus & Glossis. Impressit miro ingenio Petrus Paulus Porrus *Genuæ* in ædib. Nic. Justiniani Pauli 1516. 12 : .

17. *Das Buch des neuen* TESTAMENTS *teutsch mit schoenen Figuren: Gedruckt in der Kayserlichen Stadt* Augspurg *durch Hans* SCHOENSPERGER MDXXIII. Non typis exscriptus fuit hic liber, sed in tabulas ligneas omnia incisa, & ad modum Historiæ Maximiliani Imp. vulgo *Theurdanck*, quem librum idem Bibliopola olim ediderat, impressa. 10 : .

18. *Das neu* TESTAMENT *teutsch.* Sine loci & temporis mentione. Est vero ex primis Lutheri editionibus. Si non omnium prima. 5 : .

19. *Das alte* TESTAMENT (*seu* PETATEVCHUS) *teutsch* Basel *bey Adam Petri* 1524. (2) *Der ander Teyl des alten Testaments* (à Josua usque ad librum Esther) *gedruckt zu* Strasburg *durch Jo. Knoblouch* 1524. Utraque pars cum fig. buxo incis. 8 : .

20. *Neu*

20. *Neu* TESTAMENT *durch* Hier. EMSER *verteutscht*. Tubingen 1532. 4 : .
21. BIBLIA. *Die gantze H. Schrifft teutsch aufs neu zugericht* D. Martin LUTHER Wittemberg *durch Hans Lufft* 1551. Locus I. Joh. V. vers. 7. in hac editione deficit. 10 : .
22. BIBLIA *altes und neuen Testaments* Franckfurt *bey Christian Egenolph* 1534. deficit folium in fine novi Test. 6 : .
23. *Das alt* TESTAMENT *M. Luther*. Basel *bey Adam Petri* 1523. (2) *Das neu* Testament initio & fine folia nonnulla deficiunt. 8 : .
24. *Das ander Teyl des alten* TESTAMENTS Strasburg *durch Joh. Knoblouch* 1524. (à Josua usque ad librum Esther) (2) *Das dritt Theil des alten Testaments* (à libro Hiob usque ad Cantic. Canticorum) ibid. ap. eund. 1525. 6 : .
25. *Die Bucher* MOSIS. Strasburg *durch Joh. Knoblouch* 1524. def. tit. & duo priora folia. (2) *Das neu Testament*. Augspurg *durch Hainrich Stayner* 1527. 5 : .
26. *Das neu* TESTAMENT *recht grundlich teutsch* Strasburg *durch Joh. Knoblouch* 1524. 4 . .
27. BIBLIA *das ist alle Bücher alts und nevvs Testaments* Zürych *bey Christoffel Froschovver* 1580. 8 : .
28. BIBLIA lat. forma maxima ac charactere nitidissimo edita *Lugd.* ex offic. Guill. Boulle 1537. 9 : .
29. BIBLIA vulgo Vinariensia *die gantze H. Schrifft*. Nürnberg 1692. forma maj. nitid. comp. 12 : .

30. Pars ult. BIBLIORUM operâ *Bened.* ARIÆ MONTANI continens librum Job & reliqua vet. Test. quæ Hebr. non inveniuntur. (2) Novum *Testamentum* omnia gr. & lat. exc. Petr. de la Roviere 1619. 2 : .

31. BIBLIA *mit* D. Pauli TOSSANI *Glossa und Auslegung.* Francfurt 1668. 8 : .

32. N. TESTAM. ex versione vulgata cum Paraphrasi & annotationibus *Henr.* HAMMONDI cura *Joan.* CLERICI. *Amstelodami* 1699. Tom. I. & II. 9 : .

33. & 34. BIBLIA vulgatæ editionis cum Comment. *Jo.* MARIANÆ *Eman.* SA, & *Petri* LANSELII *Antwerpiæ* ex offic. PLANTINIANA 1624. Tom. I. & II. 12 : .

35. BIBLIA samt D. HUTTERI Summarien *Wittenberg.* 1665. litteris maj. impress. ac fig. æn. ornatum exemplum nitide compactum cum clausuris, ut vocant, argenteis. 15 : .

36. BIBLIA lingua Finlandica deficit Titulus. 4 : .

37. BIBLIA Lingua Grisonum vernacula : la S. Bibla. en Coira 1718. 10 : .

38. BIBLIA sacra s. potius PENTATEUCHUS Ebraice, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè, Sclavonicè studio *Eliæ* HUTTERI *Noribergæ* 1599. 6 : .

39. JOSUA & liber JUDICUM Ebraice, Chaldaicè, Græcè, Lat. Germ. Italicè ex adornatione *Eliæ* HUTTERI. 2 : .

40. Nov. TESTAMENTUM Syriacè, Ebraicè, Græcè, Latinè, Germanice, Bohemicè, Italicè, Hispanicè, Gallicè, Anglicè, Danicè, Polonicè.

nicè. Studio *Eliæ* HUTTERI *Noribergæ* 1599. 12 : .

41. & 42. BIBLIA utriusque Teſtamenti lat. *Roberti* STEPHANI 1557. 2. vol. 24 : .

43. BIBLIORUM Card. XIMENII Pars II. Lib. Judic-Paralip. 2 : .

44. BIBLIA lingua Bohemica : Biblii Czeska &c. *Letha* 1577. 10 : .

45. 46. & 47. *Biblia* ſacra Gr. Lat. & Germanicè operâ *Davidis* WOLDERI *Hamburgi* 1596. 12 : .

48. BIBLIA lingua Belgica juſſu Ord. Belg. edita: *Biblia dat is de gantſche H. Schrifture &c. tot* Leyden *by Paulus Hertsz van Ravenſteyn.* 1641. 9 : .

49. Libri APOCHRYPHI lingua Belgica: *de Bœcken genaemt Apocryphe door leſt van de Staaten Generael.* : 60.

50. *Die gantze* BIBEL *aufs allertruvvlichſt verteutſcht.* Zürich *by Chriſtoffel Froſchover* 1531. 8 : .

51. EADEM editio. 8 : .

52. BIBLIA ſacra ex *Seb.* CASTALIONIS poſtrema recognitione. *Baſileæ* 1573. 6.

53. BIBLIA lingua Venedorum. *Bibel das iſt die gantze heilige Schrifft Wendiſch.* Wittemberg 1584. cum fig. plurimis buxo inciſ. 8 : .

54. Liber PSALMORUM nova typorum forma qua primo ſtatim intuitu ſingularum rerum litteræ radicales à ſervilibus diſcernuntur. *Hamburgi* 1602. 1 : 30.

55. Bibliorum Germ. prima D. Lutheri editio. *Wittemberg durch Hans Lufft* 1538. Dolendum initio ac fine in rarissima hac editione nonnulla deficere. 4: .

56. Biblia lingua vet. in Sax. infer. usitata vulgo *Plattdeutsch. tho* Wittemberch 1558. 6: .

57. Biblia ex D. Hieronymi versione. Francofurti apud Georgium Corvinum 1566. 5: .

58. Biblia Hebraica cum latina planeque nova *Seb.* Munsteri translatione. *Basileæ* 1546. 8: .

59. Utrumque Testamentum juxta vulgatam æditionem sed à mendis repurgatum. *Basileæ* in offic. Frobeniana 1530. 6: .

60. Davidis Psalmi duodecim &c. ex edit. *Marci* Meibomii *Amstelodami* ap. Henr. Wetstenium 1698. 2: .

61. Prophetæ. Apocrypha & novum Testamentum *deutsch.* D. Mart. Luther *Wittemberg durch Hans Lufft* 1568. 3: .

62. Utrumque Testamentum ex vulgata sed à mendis repurgata æditione. *Basileæ* in offic. Frobeniana 1530. 6: .

63. Bibel *durch* D. Joh. Dietenberger *zum achtenmal ausgangen* 1572. 3: .

64. Jeremias Propheta expositus per *Henrychum* Bullingerum. Accessit Threnorum explicatio. *Tiguri* 1575. (2) Ej. Bullingeri in acta Apostolorum libri VI. recogniti. Ib. 1584. (3) Ej. in Apocalypsin conciones. ibid. 1590. 3: .

65. BIBLIA lingua Belgica per *Jac.* LIESVELDT *de Bibel in duyts vvortyts by Jac.* LIESVELDT *uitgegaen* 1569. 2: .

66. BIBLIA *Belgica gedruckt by Willem Gailliaert* 1568. 2: .

49. BIBLIA lingua Belgica *gedruckt tot* Emden 1565. 2: .

68. BIBLIA Belgica *met seer schoone annotatien nae dem Geneefschen Exemplaer door* P. H. Dordrecht 1626. 2: .

69. Liber PSALMORUM hebr. nova typorum forma qua primo statim intuitu singularum vocum literæ radicales à servilibus discernuntur authore *Elia* HUTTERO *Hamonisburgi* 1662. 1 : 30.

70. BIBLIA Belgica *met annotatien door P. H.* *t'*Amstelredam 1613. 5: .

71. BIBLIA Harmonica DORNKRELLIANA. *Lunæburgi* 1686. 4: 45.

72. Anonymi *Gedæchtnuz-Taffeln des N.* TESTAMENTS. :30.

73. *Het nieuvve* TESTAMENT *mitsgaders vvt het oude Testament oversien ende verbetert door* Henr. *van den* LEEMPUTTE *met veel schoone Figuren gesneden door* Christoff *von* SICHEM *t' Antvverpen* 1646. 3 : .

74. N. TESTAMENTUM ut ex Bibliotheca Regia anno M. D. L. per *Rob.* STEPHANUM gr. solum excusum fuit. *Ffurti* typ. Wechelianis 1601. 3:.

75. *N.* TESTAMENTUM (gr.& lat.) ex versione *Desid.* ERASMI *Roterod.* cum Glossa compendiaria *Matthiæ Flacii* ILLYRICI &c. Francofurti 1659. 5 : .

76. N. TESTAMENTUM gr. & lat. ex ERASMI & vulgata versione *Basileæ* 1527. apud Frobenium. 3: .

77. *N.* TESTAMENTUM gr. & lat. ex edit *Desid.* ERASMI *Basileæ* ex offic. Frobeniana 1516. 2: 45.

78. *Die* PROPHETEN *alle deudsch* D. Mart. LUTH. cum reliquis vet. Test. libris ac novo Testamento. *Gedruckt zu* Wittemberg *durch Hans Lufft* 1544. cum fig. elegantiss. ligno incis. 6: .

BIBLIORUM SACR. VARIÆ VERSIONES AC EDITIONES VET. ET RECENTIORES.

Quart.

1. PSALTERIUM cum apparatu vulgari familiariter appresso: *Lateinisch Psalter mit dem teutschen nutzlichen dabey gedruckt.* Augspurg *von Maister Erhardten Ratdolt nach Christi Gepurt* MCCCCXCIX. 4: .

2. *Der Prophet* JONA *ausgelegt durch* Mart. LUTHER Wittemberg *Mich. Lotter* 1526. (2) *Der Prophet* HABACUC *ausgelegt durch* Mart. LUTHER ibid. ap. eund. 1526. (3) *Der Prophet* SACHARJA *ausgelegt durch* Mart. LUTHER ibid. ap. eund. 1528. (4) *Dass diese Wort Christi:*

Das

Das ist mein Leib, noch feste stehen Mart. LUTHER. Ib. ap. eund. 1527. 3 : .

3. BIBLIA S. juxta vulgatam quam dicunt editionem *Joannis* BENEDICTI Parisiensis Theologi industria restituta. *Parisiis* 1552. cum fig. ligno insculpt. 3 : .

4. BIBLIA lingua Hungarica. Szeut Biblia &c. *Casselben* 1704. 5 : .

5. *La* BIBLIA *trasladada en Espanol.* 1569. 6 : .

6. PSALTERIUM in quatuor linguis Hebræa, Græca, Chaldæa, Latina. *Coloniæ* 1518. 2 : .

7. *La* BIBLIA *nuovamente traslatata in lingua Italiana da* Giovanni DIODATI 1607. 3 : .

8. BIBLIA lingua in Sax. Inf. olim & ex parte etiamnum usitata vulgo *Plattdeutsch. Wittenberch* 1585. 3 : .

9---12. BIBLIA hebraica *Parisiis* ex officina *Rob.* STEPHANI vol. IV. def. nonnulla. 4 : .

13. BIBLIA *Italica: la Bibia nuovamente tradutta in lingua volgare.* 1562. 3 : .

14. BIBLIA *mit den Summarien* Viti DIETRICHS. *Wittemberg.* 1594. 1 : 45.

15. & 16. BIBLIA lingua HYBERNICA ex translatione *Wilh.* BEDEL *London* 1681. & 1685. 2. Vol. 8 : .

17. *Biblia* lingua LIVONICA *Rigæ* 1659. 6 : .

18. BIBLIORUM Codex sacer fidelissime in linguam latinam translatus. *Ffurti* in offic. Andr. Cambierii 1618. 3 : .

19. BIBLIA sacra vet. & novi Testamenti lat. *Tubingæ* 1593. 2 : 30.

20. PSALMI

20. PSALMI Davidis lingua Syriaca ex edit. Th. ERPENII. *Lugd.B.* 1625. 2 : .

21. GENESIS lingua Malaica & Belgica: *Het erſte Boeck Moſis &c. door* Dan. BROUWERIUS *t'* Amſterd. 1687. 1: .

22. EVANGELIA ab ULFILA ex Græco Gotticè translata nunc cum Parallelis verſionibus Sueo-Gothica Norræna ſeu Islandica & vulgata latina edita operâ *Georgii* STIERNHIELM *Stockholmiæ* 1671. 3: .

23. BIBLIA lingua Polonica. 2 : .

24. PSALTERIUM DAVIDIS Latino-Saxonicum vetus à *Jo.* SPELMANNO Hen. fil. editum. *Londini* 1640. 5 : .

25. PSALTERIUM DAVIDIS Æthiopicè & Latinè &c. curâ *Jobi* LUDOLFI. *Francofurti* 1701. 2 : 45.

26. Metaphraſis PSALMORUM Græcis verſibus contexta per *Jacobum* DUPORTUM *Cantabrigiæ* 1666. 2 : 45.

27. BIBLIA ſacra ex latina *Seb.* SCHMIDII translatione. *Argentorati* 1696. 3 : .

28---38. BIBLIA Germanico-Latina per *Paulum* EBERUM. *Wittemberg* 1565. X. Voluminibus. 6: 60.

39. BIBLIA linguâ DANICA : *Biblia paa Danske.* Kiobinghafn 1647. 5 : .

40. BIBLIA lingua POLONICA 1596. 3: .

41. BIBLIA linguâ in nova Anglia uſitata ſ. AMERICANA operâ *Joh.* ELIOT. *Cambridge* 1663. 6:.

42. Novum TESTAMENTUM ſ. potius Matthæi & Marci Evangelium Syriacè, Ebraicè, Græcè, Lat.

Lat. Germanicè, Bohemicè, Italicè, Hispanicè, Gallicè, Anglicè, Danicè, Polonicè studio *Eliæ* HUTTERI *Norібergæ* 1599. & 1600. 3: .

43. *Le Nouveau* TESTAMENT *traduit avec des notes par le* R. P. D. AMOLOTE *à Paris* 1688. 4: .

44. Novum TESTAMENTUM Syriacè cum vers. lat. & notationibus *Mart.* TROSTII *Cothenis* 1621. 3: .

45. N. TESTAMENTUM Syriacum cum versione lat. cura & studio *Jo.* LEUSDENII & *Caroli* SCHAAF *Lugd.B.* 1709. 5: .

46. MATTHÆI & MARCI EVANGELIA XII. linguis ex dispositione *Eliæ* HUTTERI 1599. 2: 45.

47. EPISTOLE & EVANGELI *tradotti in lingua Toscana dal* R. P. REMIGIO *Fiorentino aggiuntovi quatro discorsi &c. in* Venetia 1675. cum Tab. æn. 2: .

48. S. JOH. EPISTOLÆ Arab. & Æthiopicè cura *Jo. Georg.* NISSELII & *Theod.* PETRÆI *Lugd. B.* 1654. (2) S. JACOBI Epistolæ Arabica & Æthiopica versio opera eorundem. Ibid. eod. (3) S. JUDÆ Epistolæ versio Arab. & Æthiopicè. *Lugd.B.* 1654. (4) Liber RUTH Æthiopicè edit. à *Jo. Georgio* NISSELIO. *Lugd.B.* 1660. 1: 30.

49. Novum TESTAMENTUM Græcè solum cum notis *Josephi* SCALIGERI. *Coloniæ Allobrogum* 1620. 1: 60.

50. Quatuor EVANGELIORUM versiones perantiquæ Gothica & Anglo-Saxonica ex edit. *Fr.* JUNII & *Thomæ* MARESCHALLI cujus etiam ob-

obſervationes & Gloſſarium Gothicum ſubnectuntur. *Dordrechti* 1665. 5: .

51. ORATIO DOMINICA plus centum linguis verſionibus aut characteribus reddita. *Londini* 1700. 1: 30.

52. *Epiſtel* PAULI *an die Galater aufs neue verdolmetſchet durch* Balth. COPIUS Neuſtadt 1592. (2) Dav. PAREI *Sieg der Neuſtadtiſchen Bibel vvider D. Siegvvart.* Neuſtadt 1591. (3) *Anleytung vvie man das Wittembergiſche Buch mit Nutz leſen mœge, vvelches die* Theologi *daſelbſt vvieder die Anhaltiſche ausgehen laſſen.* Amberg 1597. (4) Phil. FABIONIS methodica *oder richtige Auslegung des Evangelii am* 23. *Sonntag nach* Trin. Matth. 22. *vom Zinſzgroſchen* 1587. :45.

53. ORATIO DOMINICA in diverſas omnium fere gentium linguas verſa. Una cum diſſert. de linguarum origine &c. editore *Jo.* CHAMBERLAYNIO *Amſtelædami* 1715. 2: .

54. Quatuor EVANGELIA & acta Apoſtolorum lingua Malaica. *Oxford* 1677. 2:60.

55. Eadem quatuor EVANGELIORUM verſio Malaica. Editio ſecunda *Oxford* 1704. 2: .

56. EPISTOLA ad EBRÆOS ex Græco in purum idioma Ebræum verbotenus translata à *Frid. Alb.* CHRISTIANO. *Lipſiæ* 1676. : 40.

57. APOCALYPSIS charactere Syro & Ebræo cum verſione lat. & notis Lud. de DIEU *Lugd. B.* 1627. 1: 60.

58. POST-ILLA compendioſa ſ. Evangelia Dom. verſibus SUECICIS reddita *Stockholmii* 1686. :45.

59. N.

59. N. TESTAMENTUM Arabicè edente *Th.* ERPENIO *Leidæ* 1616. (2) PENTATEVCHUS Mosis Arabicè ex EJUSD. editione *Lugd.B.* 1622. 5 : .

60. CÆDMONIS Paraphrasis poetica Geneseos ac præcipuarum sacræ paginæ historiarum lingua ANGLO-SAXONICA. Caret titulo liber, in Anglia, ut videtur, excusus. 1 : 30.

61. PSALMORUM liber lingua MOSCOVITICA, 1 : 30.

62. PSALTERIUM lingua MALAICA & BELGICA industriâ *Jo. van* HASEL & *Justi* HEURNII *Amsterodami* 1689. 1 : 60.

63. HOSEAS Propheta Ebr. & Chaldaicè cum duplici versione lat. & commentariis hebr. ac annotationibus *Guil.* CODDACI *Lugd.B.* 1621. 2: .

64. PSALMI L. priores DAVIDIS lingua Malaica opera *Joan.* HASEL ex emendatione *Justi* HEURNII *Asterodami* 1648. (2) *Casp.* WITTENI sermones XIV. ead. lingua Malaica. Ibid. eod. 1 : 30.

65. ESAIAS Propheta hebr. & gr. cum duplici versione lat. HIERONYMI & *Seb.* MUNSTERI *Basileæ.* 1 : .

66. DAVIDIS PSALTERIUM varii generis carminibus latine redditum à MAURITIO HASSIÆ-LANDGRAVIO. *Smalcaldiæ.* : 45.

67. Liber JOBI CHALDAICE & LAT. cum notis item gr. στιχηρων sive cum var. lect. operâ *Joann.* BRENTI *Franckeræ* 1663. 1 : 45.

68. *Divers ancient monuments in the Saxon tongve of the Old and nevv Testament* &c. *by William* L'ISLE. London 16 8. 2: 45.

69. *Der*

69. *Der* PSALTER *durch* Otmaren NACHTGALLEN *von Grund aus den* LXX. *und Hebr. Sprach zu verstændigem Hochteutschen gebracht mit Erklærung der schvveren Oerter.* Augspurg 1524. 2: .

BIBLIORUM SACR. VARIÆ VERSIONES AC EDITIONES VET. ET RECENTIORES.

Octav.

1. BIBEL *teutsch. Zu* Zürich *bey Christoffel Froschouer* 1549. 3: .
2. *Das alte* TESTAMENT (s. potius PENTATEUCHUS) Mart. LUTHER. Wittemberg *durch Michel Lotther* 1528. 3: .
3. BIBLIA integra summata &c. per Jo. Froben de Hammelburgk Civem Basileensem Anno Dom. MCCCCXCV. sexto Kal. Novembres. 4: .
4. *Das neu* TESTAMENT. Editio vet. def. titulus & finis. In hac editione deest locus 1. Joh. V. 7. 1: .
5. *Das gantz neu* TESTAMENT *recht gründlich teutscht. Durch* Adam Petri zu Basel 1524. 2: .
6. OTFRIDI Evangeliorum liber per M. *Fl.* ILLYRICUM *Basileæ* 1571. 4: .

7. *Das*

7. *Das neu* TESTAMENT *durch* Hier. EMSER *treulich verteutscht.* Cœlln 1573. 1:45.
8. Eadem Novi TEST. versio EMSERI 1534. 1:30.
9. BIBLIA *mit Anmerckungen und Erlæuterungen durch* M. Nic. HAAS Leipzig 1704. forma maj. 3: .
10. Vetus TESTAM. Gr. ex versione sept. interpretum cum apocryphis & N. Testamento gr. *Lipsiæ* 1697. forma maj 3: .
11. & 12. BIBLIA sacra secundum editionem vulgatam. *Basileæ* ap. Guarinum nitidissime excusa. 1578. Vol. I. & II. forma maj. 3: 30.
13. BIBLIA sacra vet. & novi Testamenti lat. *Stutgardiæ* 1664. 2: .
14. BIBLIA lat. *Lutetiæ* ex officina *Rob.* STEPHANI 1545. charactere minutissimo ac elegantissimo, forma majori. 12: .
15. BIBLIA lingua *Cambrica* s. *Wallica. Londini* 1689. 5: .
16. BIBLIA lingua *Suecica* : *Biblia pa Schwenska. Leiden* 1633. 3: .
17. BIBLIA Gallica : *La Bible à Geneve* 1605. 1: .
18. BIBLIA lingua *Belgica. Tot Delfft* 1581. Hæc editio ob Glossam marginalem Lutheri ad Nehemiæ cap. III. vers. 5. *Deux æs Bybel* vocatur magnoque satis pretio vendi plerumque solet. 4: .
19. BIBLIA ex versione *Im.* TREMELLII & *Fr.* JUNII. Novum Test. ex versione *Theod.* BEZÆ. *Tiguri* 1672. charactere minutiss. 2: .
20. BIBLIA Anglicana: *the holy Bible.* London 1684. 2: .

21. BIBLIA sacra lat. *Parisiis* 1527. 1 : .

22--24. BIBLIA *lat.* juxta veterem & consuetam æditionem. *Antvverpiæ* 1526. tribus vol. 2:45.

25. Novum TESTAMENTUM græce cum versione interlineari *Bened.* ARIÆ MONTANI. ex offic. Commeliniana 1602. forma maj. 1 : 60.

26. Lectiones EVANGELIORUM & EPISTOLARUM anniversariæ Ebraice, Græcè, Latinè & Germanicè, Harmonicè & Symmetricè ab *Elia* HUTTERO edit. *Noribergæ* 1601. 1 : 30.

27. N. TESTAM. Belgice. *Het nieuvve Testament met annotatien door* Henr. FAUKELIUM Amst. 1632. : 60.

28. *Neue* TESTAMENT *Griechisch und Teutsch durch* Christ. Fridr. WILLISCHEN. Chemnitz 1717. : 60.

29. N. TESTAMENTUM lat. *Sebast.* CASTALIONE interpret: *Frfurti* 1695. : 40.

30. Nov. TESTAMENTUM græcè *Oxonii* in theatro Sheldoniano 1675. 2 : .

31. DAVIDIS PSALTERIUM carmine lat. à MAURITIO HASSIÆ-LANDGRAVIO redditum. *Smalcaldiæ* : 60.

32. N TESTAMENTUM græcè *Basileæ* 1553. : 30.

33. & 34. N. TESTAMENTUM Italicè. *Il nuovo confederamento da* Matteo BERLANDO DELLA LEGA & Jac. Filip. RAVIZZA à Cristian-Erlunga 1711. II. Voluminib. 1 : 15.

35. EVANGELIA *und* EPISTELN *deutsch und polnisch.* Dantzig 1691. : 30.

36. N. TESTAMENTUM Armenice 1668. 2 : 45.

37. N. TESTAMENTUM Græcè solum. Editio elegans. Deficit titulus : 30.

38. N.

38. N. TESTAMENTUM Gr. cum lect. variant. copiosissimis opera *G. D. T. M. D. Amstelædami* ex officina Wetsteniana 1711. 2 :.

39. PSALMI DAVIDIS lat. Calendario Hebræo, Syro, Græco-Latino argumentis & commentariis à *G.* GENEBRARDO instructi. *Lugduni* ex offic. Juntarum 1592. form. maj. :60.

40. Livres Moraux *de l'ancien* TESTAMENT *contenant les proverbes &c. per l'Abbe de* BELLEGARDE *à* Paris 1701. *I. & II. Partie* form. maj. 1 :45.

41. *Die* SPRUCHE, PREDIGER *und* HOHE LIED SALOMONIS *nebst dem Buch* JESUS SIRACH *und einem Anhang Biblischer* Fragmenten *&c. ins* Wendische *übersetzt.* Budissin 1719. :60.

42. Livres Moraux *de l'ancien* TESTAMENT *contenant les* Proverbes *&c. avec des courtes notes par Mr. de* SACY. *à* Bruselles 1702. :60.

43. PSALTER *gründlich verteutscht und mit neuen Summarien erklært durch* Rudolf WALTHER. Zurich 1558. :40.

44. Historia RUTH commentario illustrata opera *Jo.* DRUSII *Franekeræ* 1586. (2) ESTHERA cum ejusdem DRUSII annotationibus *Lugd. B.* 1586. (3) Ej. DRUSII observationum libri XII. *Antvverpiæ* 1584. (4) EJUSD. quæstionum Ebraicarum libri tres Editio secunda auctior in offic. Z. Heynsii 1599. (5) EJUSD. Miscellanea locutionum sacrarum Franekeræ 1586. (6) *Petri* MERLINI Homiliæ XXVI. in lib. Estheræ *Genevæ* 1593. 1 : 30.

45. BIBLIORUM Gr. pars III. continens Proverbia

Salom. Prophetas & Apocrypha. *Argentorati* ap. Cephalæum 1526. :30.

46. PSALTERIUM & *Ecclesiastes Salomonis* carmine reddit. per *Eob.* HESSUM *Lipsiæ* 1571. :40.

47. *Jo. Jac.* GRYNAEI Epitomes sacrorum Bibl. pars prima complect. vet. Test. *Basileæ* 1577. :30.

48. Figures *de la* BIBLE *declarees par stances per G.C.T.* *à* Lyon 1582. :45.

49. Historia RUTH cum comment. *Jo.* DRUSII Franekeræ 1586. (2) *Esthera* cum ejusd. DRUSII annotationibus *Lugd. B.* 1586. :45.

50. *Libro dello* ECCLESIASTE *la* SAPIENZA *di* Salomone *insieme con la* Sapienza *di* JESU *figliuolo di* SIRACH *tradutto in lingua volgare.* 1601. (2) *Il libro di* JOB *tradutto in lingua volgare.* 1601. :40.

51. *Libro de i* SALMI *di* David *tradutto in lingua volgare* 1601. (2) *I* PROVERBII *di* Salomone *tradutti in lingua volgare.* 1601. :45.

52. Sententiæ *Jesu-Siracidæ* gr. & lat. cum notationibus *Joach.* CAMERARII *Lipsiæ* 1570. (2) *Sapientia* IESU Filii SIRACHI ex *ejusd.* editione ibid. eod. :40.

53. *Le livre de l'*Ecclesiaste *expose fidelement par Mich.* COP. à *Geneve* 1563. :40.

54. & 55. WILLERAMI Abbatis in Canticum Canticorum Paraphrasis gemina. edente *Paulo* MERULA *Lugd B.* ex offic. Plantiniana 1598. (2) *Francisci* JUNII FF observationes in Willerami Francicam Paraphrasin Cantici Canticorum. *Amstelod.* 1655. duob. vol. 1:60

56. *Psal-*

56. PSALTER *Davids Reimenweifs durch* Johann CLAUSEN Heidelberg 1583. :30.

57. PSALTERIUM hebr. per *M. Hier.* OPITIUM juniorem *Witebergæ* 1566. (2) Ebreæ Grammatices duo libelli authore *Io.* AVENARIO. ibid. 1562. :40.

58. *Io.* MAURY Theatrum universæ vanitatis s. excursus morales in Ecclesiasten Salomonis (carmine) *Parisiis* 1668. :80.

59. PSALTERIUM versibus elegiacis gr. redditum à *Paulo* DOLSÆO *Basileæ* per Oporinum 1555. :45.

60. *Davidis* PSALMORUM Paraphrasis epica nova autore *Ieremia* HOELTZLIN *Lugd. B.* 1630. :45.

61. PSALMEN Davids *in teutsche Gesang-Reymen gebracht von* P. MELISSO. Heidelberg 1572. (2) *Andr.* SCHAAFMANNI prodromus responsionis pro disputatione Tremoniana contra *Io.* PISCATOREM. Tremoniæ 1596. (3) Genesis s. Patriarchæ *das ist Historien des ersten Buchs Mosis in sieben Lieder gefast durch* Christian EGENOLFN. Witemberg 1608. :40.

62. EVANGELIA anniversaria germ. lat. græcè & ebraicè studio *Jo.* CLAII *Lipsiæ* 1579. :24.

63. Novum TESTAMENTUM latine (ex CASTELLIONIS vers.) & Gallicè *Basileæ* per Petrum Vernam 1572. :45.

64. NONNI Panopolit. Paraphrasis Evangelii secundum JOANNEM gr. & lat. *Erhardo* HEDENECCIO interprete. *Basileæ* 1571. :40.

65. *Il nuovo* TESTAMENTO *tradotto in lingua Italiana da* GIOVANNI DIODATI *in* Hærlem 1665. 1:.

